



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 120. Claudio Abaume Cardinalis mortuus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1584.

§. CXX.

*Claudius Abaume Cardinalis mortuus.*

*Ciac. tom. 4.* Cornelii Cardinalis obitum excipiebat mors trium aliorum Purpuratorum, Abaumii, Borromæi, & Comhijst. Burg. mendoni: quos inter primus Claudius ex Bresc. san Marth. de la Baume, seu Abaume ex nobili Gall. Chr. genere in Comitatu Burgundiæ ortum duxit, fuitque Claudi de Sainct-Sorlin Mareschalli Velleris aurei Equitis, ac Comitatus Burgundiæ Gubernatoris, & Guilielmettæ de Igny filius.

Hic a suis Parentibus juvenis adhuc cominittebatur Antonio Lullo Theologo liberalibus excolendus disciplinis, sub cuius magisterio, donec vigesimum quintum ætatis annum complevisset, vixit, dein vero tanquam Abbas præfuit Cœnobiis Cari- loci Ordinis Cistercien sis, diœcesis Bisuntinæ, & S. Claudi: insuper erat Prior Cigniaci atque Arbosii: sub idem quoque tempus anno ætatis suæ decimo sexto Petri de la Baume Bisuntini Archiepiscopi Coadjutor nominatus, in hac dignitate anno post Christum natum millesimo quingentesimo quadragesimo tertio a Paulo III. Papa confirmabatur, mortuo autem Patruo, anno sequenti Bisuntinæ Ecclesiæ Archipræsul creatus, per quadra-

quadraginta omnino annos hanc se- Sæcul. XVI.  
dem summa cum prudentia, ac sapi- A.C. 1584  
entia regebat. Postea Romam petiit  
cum Antonio Lullo Vicario suo Genera-  
li, visurus limina Apostolorum Petri, &  
Pauli anno a partu Virginis millesimo  
quingentesimo sexagesimo sexto sub Pio  
V. Pontifice, a quo benigne exceptus fuit:  
inde vero ad suam Dioecesin reversus a  
Philippo II. arcans Consiliis præpositus  
Prorex Neapolitanus eligebatur, tan-  
demque a Gregorio XIII. Papa, anno  
salutis nostræ millesimo quingentesimo  
septuagesimo octavo, licet absens Pres-  
byter S. Pudentianæ renuntiatus est,  
romanam tamen aulam non adiit, sem-  
per gregi Bisuntino intentus, & sta-  
tionem nunquam deseruit, eoquod vi-  
deret imminentibus undique hæresum  
procellis, ac nimbis necessarium illi esse,  
ut ibi ad hæreticos avertendos perpetuas  
in Dioecesi sua excubias ageret, ubi  
etiam suo Zelo Calvinistas debellave-  
rat, suaque follicitudine per totum  
Burgundiæ Comitatum illos represe-  
rat. Tandem mortalitatem exuit anno  
salutis millesimo quingentesimo octoge-  
sim quarto, ætatis supra sextum quin-  
quagesimo, feria quinta, decima  
quarta Junii, cum iter ad adipiscendam  
Regni Neapolitani Præfecturam pararet,  
Arbosii, quo loco juxta parentem Clau-

Hist.Ecclef. Tom. L,

P dium,

Sæcul. XVI. dium, & Petrum Cardinalem patruum  
A.C. 1584. in Ecclesia S. Justi sepeliri voluit.

Hic idem Cardinalis in Bisuntina  
Diœcesi Tridentinam Synodum recipi  
curavit, atque aliunde fuit egregius  
Literatorum Fautor.

§. CXXI.  
*Sancti Caroli Borromæi pretiosa  
mors.*

*Cix. p. 891.* Interea cum sanctus Carolus Borro-  
mæus suas vires indies magis decre-  
scere sentiret, geminato pietatis stu-  
dio, ac religionis fervore sese ad illud  
iter accingebat, quo se brevi coram eo  
Judice, qui & iusticias judicaturus est,  
sistendum præsenserat: eapropter ad  
Varallum montem secessit; in hoc enim  
pietatis loco in Novarrensi Diœcesi pro-  
pe Vercellas sito sacri sepulcri imago ad-  
ciendos affectus percommoda viseba-  
tur: ibidem ergo ab operofis pastoralis  
ministerii negotiis liber sex integris per  
diem horis plerumque animum divina-  
rum rerum contemplationibus pasce-  
bat, reliquum vero tempus aliis pietati-  
s operibus sacrabat, cumque singulis  
annis totius anteactæ vitæ noxas in sacro  
judicio aperire assuetus esset, hoc etiam  
anno ejusmodi confessione, velut po-  
strema omnes maculas eluere voluit,  
nocte autem præcedente integris  
octo